

nusquam se locum optabiliorem repperisse ad eam, quam optinere deliberaverat, pauperiem consequi ^{x)} vel extremitatem sanctitatis.

VI (*cap. 11*). Memorabili igitur ^{y)} Maiolo sub eodem tempore suggestum est a Brunone, venerandę memorię Lingonis pontifice ⁸⁾, ut monasterium egregii martyris Benigni, quod iuxta Divionense castrum antiquitus veneratur, ad redintegrandum divini cultus ordinem, qui in eodem loco omnino defecerat, susciperet. Et sicut per plurima coenobia iam dudum agere consueverat, ita et istud in melius reformare satageret. At vir sanctus motus pietate ad preces pontificis misit continuo, qui ad se reducerent Willelmum. Iam enim cum eodem fratre, cui illum commiserat, annum et semis pie vivendo expleverat. Cui utique ad se revocato p̄dicti sancti martyris monasterii dulci imperio paternam ^{z)} ovilis Christi curam commisit. Spondit insuper, ut quicquid iuvaminis ad spiritualis ^{a)} huius negotii incrementum optaret, ipse libenti animo ei ^{b)} impenderet ^{b)}. Episcopo ^{c)} nichilo minus in dei fide pariter et sua contestatus est, ut illi more dulcissimi patris advocatus et custos, adiutor et ^{d)} consolator in omnibus esset. Qui integerrima observatione monitui eius obaudiens, ultra quam credi potuit, illum in vita dilexit. Veniens ^{e)} igitur domnus Willelmus ad sibi destinatum suscipiendi ac regendi gratia monasterium, missis cum eo a sancto ^{f)} Maiolo ^{g)} quibusdam ex honestioribus Cluniaci fratribus, ibique honorifice exceptus atque ^{h)} ab eodem presule Brunone monachorum pater est ex more consecratus ⁹⁾. (*cap. 12*) Cunque acerrimo ⁱ⁾ ac vigilantissimo studio se sibi commisso pro dei amore disciplinis regularibus subderet, non multo post commissum est ^{k)} ei ab Henrico ^{l)} venerabili duce monasterium etiam Verziaci castri ex latere situm ¹⁰⁾, ubi antiquus confessor Christi, sanctus requiescit Viven-tius. Illud quoque veluti primum moderamine ^{m)} regulari erat desti-

^{x)} *fehlt R*

^{y)} igitur patri *RBM*

^{z)} *in -nā (-nam) steht a auf Rasur F, paterno R*

^{a)} spiritualis *RB*

^{b)} aequipenderet *RBM*

^{c)} Episcopum *R*

^{d)} atque *RBM*

^{e)} Clemens *RBM*

^{f)} a scō *F*, *darin a sc auf Rasur*

^{g)} missis — Maiolo] missus a S. Maiolo, & cum eo *R*

^{h)} *fehlt R*

ⁱ⁾ acerrime *BM*

^{k)} *fehlt BM*

^{l)} *aus heinrico F*

^{m)} modulamine *B*

⁸⁾ Brun, Bischof von Langres (980—1016).

⁹⁾ Zur Übertragung St.-Bénignes an Wilhelm und seiner Einsetzung als Abt 989/990 s. Bulst S. 35 f.

¹⁰⁾ Zur Übertragung des Klosters St.-Vivant de Vergy durch Herzog Heinrich von Burgund (965—1002) nach 990 s. Bulst S. 53 ff.